

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gracia I
cum fonte primo

Cum per semet ipsum loquitur Deus,
de uerbo eius sine uerbis et sillabis cor docetur,
quia uirtus eius intima quadam subleuatione cognoscitur.
Ad quam mens plena suspenditur, uacua grauatur.
Pondus quoddam est quod omnem animam quam replet leuat.

Gregorius ibidem (in moralibus).

Cum per semetipsum loquitur,
de uerbo eius sine uerbis ac syllabis cor docetur,
quia uirtus eius in intima quadam subleuatione cognoscitur.
Ad quam mens plena suspenditur, uacua grauatur.
Pondus enim quoddam est quod omnem animam quam replet leuet.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 28.1 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1396, ll.23-27).